

139 A 4

4 V 631.

5
PAX

Sulh. in 4^o 127^r

Manibus esto beatis!

CUPRESSUS SCHWARZ-
BURGICO-ANHALTINA

Ad Titulum 3

HEROINÆ in miraculum seculi nostri natæ,

PRINCIPIS *Serenissima & Celsissima, Diva*

ANNÆ SOPHIÆ,

BENEFICÆ dictæ, JOACHIMI ERNESTI,

Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Dynastæ Zerbesti & Bernbur-

gæ, Filiz; JOHANNIS II. Neptis: ERNESTI Pronoptis; GEORGI Senioris
Abneptis: SIGISMUNDI Atneptis; JOHANNIS I. Trineptis: CAROLI
GUNTHERI, S. Romani Imperi Quatuor-Viri & Equitum Magistri, Comi-

tis Melapyrgici-Honsteiniani, Immortalis memoriæ, per annos ferme XXII.
relictæ Viduæ, nunc in cælis Gloriosissimæ, Kranichfeldæ X. Junii. hor. IX. pro-

meridiana, Anno MDC LII. in fideli complexu Salvatoris sui JESU CHRI-
STI suaviter denatæ: Rudolphopoli verò sumtibus Magnificentissimis DOMI-

NORUM HEREDUM, ritu verè Panepyrico, humeris Comitatus Schwarz-
burgici luctuosissimis, inter singultus & lacrymas Ordinum omnium XXV. Au-

gust. Conditorio Principali illatæ, & ad latus Mariti desideratissimi, de Ecclesiis
& Scholis Melapyrgicis JOSAPHATI meritissimi, locatæ: AU-

GUSTÆ, heu olim! suæ clementissimæ, beneficentissimæ, animo

gratissimo, studio subjunctissimæ, affectu devotissi-

mo Posita

à

Cliente maxiffimo, Servo humilimo:

ANTONIO MYLIO, aliàs *Göring* dicto, M. Illu-

strissimi Dotalitj beatissimæ Celsitudinis ipsius, Ecclesiaste

Aulico, & Superintendente CRANICH-

FELDIAE.

ARNSTETI suis exscribebat Typis Petrus Schmidt.

Ref. Sch. in 4^o 127^r



ANTONIO M...
CITR... SCHWAB...
H...
Esa. LVII. p. 1. 2.

Le juste est mort & n'y a per-
sonne, qui y prene garde, & les
bien-aimés sont recueillir, sans
qu'on y soit attentif: Assavoir
quele juste e esté recueilli arrie-
re du mal. Il entrera en paix. Ils
se repestent en leurs couches, as-
sevoir quiconques aura chemi-
né davant lui.

BIBL.
BERNARD.
VRAT.



535799

ANTONIO M...
CITR... SCHWAB...
H...
Esa. LVII. p. 1. 2.



Σὺν Θεῷ.



O Emina quod *PRINCEPS*, & quod Ma-
trona mereri
Laude potest, omne id clauditur
hoc Tumulo.
Hic jacet ipsa Charis, Virtus, Prudentia,
Candor.
Pura Fides, Pietas, Religionis Amor.
Hic Pudor, & Vneris formosa propago, Venustas,
Et Mores blandâ cum gravitate cubant.
HEROVM soboles, *PRINCEPS*, ô Regie sanguis,
Naturâ solvis debita spe citius.
Ah funesta dies! ah lamentabilis hora!
Qua bona tot puncto disperiere brevi!
Succensere tibi si, Parca severa, liceret,
Vix iras premerem, perdita Diva, meas.
En tibi quot superent nequissima pondera terræ,
Quæ feretro poteris indere commodius.
Principis ah nequuit te flectere terminus ævi
Integer? heu nunquam debuit illa mori!
Sors inimica *DEAM* rapuit: quid inutile vulgus
Non timeat? *DISCAS* turba profana *MORI*!
Sed quid opus tantis Superos onerare querclis!
Parca severa nihil, Sors inimica nihil.
Fata regunt homines: Deus est, qui tempora vitæ
Digerit arbitrio cuiq; regitq; sua.

T

) (2

Ille

Ille dat, ille suo, quæ sunt data, jure reposcit,
Et bene (quis dubitet?) quod facit, omne facit.
Optimus is velut est, ad se sic optima transfert,
Quæ cum cælorum gaudia participet.
Quare cur mirum, si *PRINCEPS* orbe recessit!
Indignus tanto munere *MUNDVS* erat.
Ergò nunc *SALVE*, cæli spectabile fidus
Facta novum! *SALVE* stellæ novella poli?
Aligeros inter juvenes, cætusq; piorum
Nunc prætia sacro dulciter ore canis.
Nec capiunt finem tua gaudia, gaudia quorum
Ne simulacra quidem totus hic orbis habet.
Uttere sorte tua, *PRINCEPS* Excelsa, sequemur
Absq; morâ, si nos jussit ire *DEVS*.
Ah nos heic dubiis miseri residemus in umbris:
Verùm te rutilans afficit *AVLA DEI*!
Audi ergò *REGINA* poli! paucissima tantùm,
Nec tibi fors mea sint verba molesta, precor!
Dic age! quam nobis cladem denunciat æther?
Fixane, quæ dicta est, pœna stat ante fores?
Nec revocare licet? neq; restat gratia culpæ?
Quiq; petit jugulum, jam penetrabit, apex?
Scilicet ad patrias sobolem, quam diligit, ulnas
Colligit, in famulos sicubi sævit, Herus.
Sustulit haud frustra sic te quòq; cura Parentis:
OMEN INEST MORTI! (credite!) fata latent!
Tango meum caput hoc! nobis labor arduus instat:
Quis scit an his humeris par foret iste labor?
Quicquid erit, malum erit: parce, ò *PATER* optime, parce!
Pars sumus hospitij quantulacumq; tui.


Te

Te tamen hospitio hoc citiori excedere gressu,
PRINCEPS, quis siccâ fronte videre queat?
Et dolet, & tristi tua plangit funera lessò,
Dilectæ Patriæ commoda quisquis amat.
Inprimis quæritur *FRATER* tuus, alter *ACHATES*,
Cognitus Eois, Hesperidumq; plagis:
Te moriente animi partem quærens, exclamat:
Ah *SOROR*, ah cordis flebile discidium!
Et similem luctum luges *ERNESTE*, *IOHANNES*
ANHALTINA Salus, *SAXONIAE*q; jubar!
Ingens discruciat Vos intus mæror, & ambo
Pocitissimè optatam, qua relevemini, opem.
Numinis hoc opus est, onus est quoq; Numinis: inde
Qui dedit hoc, dabit & ferre, quod ipse dedit.
Respirate Viri, *HEROES* compescite luctum,
Monstretis forti pectore mentis opes;
Sic placuit Vitæ Domino, Divina Voluntas
Sic statuit: contra quis velit ire *DEO*!
Qui fecit vulnus, sanabit; nube repulsâ
Assolet in terris purior ire dies.
SALVETE, & nimio non velificate dolori!
Sunt portanda, jubet quæ tolerare *DEVS*!
Is pater est pressis: vestras bonitate paterna
Gestiet in risum vertere lacrymulas.
Subdita sed *CRANCHFELDA* tibi quis consulat? aut quis
In rebus duris dulce levamen erit?
Mater abest, absunt suspiria mille, precesq;
Quas *AVGVSTA DEO* nocte, dieq; tulit.
Condoleo vicibus mœstis: sed collige vires!
Vota piæ Matris nunc quoq; pondus habent.

3

Namq;

Namq; tui capiet nunquam hanc oblivio, crebra
 pro te, proq; tuis, jam quoq; thura cremat.
 Tu modò contrito placato corde *IEHOVAM*,
 Atq; preces proprias jungito cœlicolæ.
 Sit salvus Patriæ *DOMINVS*, Lex esto suprema,
 Pro *MATRE & REYSSO* sollicitare *DEVM*.
 Prosperiter cedent sic omnia: sic Tua tecum
 Haudfacile *COMITIS* funera cernet humus.
PRINCIPIS interea memori benefacta reconde
 Cordolio, nunquam pectore vultus eat.
 Hoc tibi ter-sanctè de me quoq; spondeo, *DIVA!*
 Deliciumq; hominum, delictumq; *DEI!*



En

En l' Apocalypse chap. 14.


ŷ. 13.


*Bien heureux sont les morts, qui de ore
 senuant meurent au Seigneur. Car ils se re-
 posent de leurs travaux, & leurs auures les
 suivent.*


Le 1. Août 1784

Il est convenu entre nous
de nous réunir tous les
jours à 8 heures du soir
pour nous occuper de
nos affaires communes.










139 A 4



Mf 39901

Mylius Anton

Pax Manibus esto beatis! Cupressus Schwarzburgico-Anhaltina. Ad
Tumulum Heroinae in miraculum seculi nostrae natae, ... Annae Sophiae,
Beneficae dictae, Joachimi Ernesti ... a Cliente maestissimo, servo
humilimo: Antonio Mylio, ...

Arnsteti suis exscribebat Typis Petrus Schmidt /b. r./

Wrocław BU 535791

MIKROFILM 35 mm

Negatyw / Diazo / Pozytyw

...../.....+...../.....+.....